Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0001-4

DFG

LBK 1–1

Dv 1623

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
– Medizinische Abt. –
DÜSSELDORF

V 1415

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0002-0

# FLORÆ ALTDORFFINÆ DELICIÆ SYLVESTRES

*SIVE*

# CATALOGUS PLANTARUM IN AGRO ALTDORFFINO LOCISQVE VICINIS SPONTE NASCENTIUM

CUM SYNONYMIS AUCTORUM, DESIGNATIONE LOCORUM, ATQ. MENSIUM, QUIBUS VIGENT, LAPIDUMQ; AC FUNGORUM OBSERVATORUM HISTORIA AUCTIOR EDITUS

â


MAURITIO HOFFMANNO

MED. DOCTORE ET P. P. AC BOTANICO.





*ALTDORFFI*

Typis GEORGI HAGEN, Univerſitatis Typographi.

A. C. CIƆ IƆ C LXII.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0003-6

Rara
Dv 1623

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0004-2
DFG

MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, PERSTRENUIS ATQUE PRUDENTISSIMIS

# VIRIS

DN. BURCHARTO Löffelholtz von Kolberg/
S. R. I. Caſtellano, nec non Eminentiſſimi Electoris, Moguntini Conſiliario &c.

DN. CHRISTOPHORO Dörrern ab Unterbürg

DN. LEONHARDO Grundherrn

DN. GEORGIO CHRISTOPHORO Beheim

DN. JODOCO CHRISTOPHORO Kreß
à Kreßenſtein in Rötzelsdorff & Dürren Müngenau

DN. PAULO Harsdörffer

DN. GEORGIO PAULO Im Hoff

DN. GEORGIO SIGISMUNDO Führer ab
Haimendorff & Steinbühel

DN. JODOCO WILHELMO Ebner ab
Eſchenbach

DN. CAROLO ERASMO Tetzel à Kirchenſittenbach

DN. GABRIELI Nützel von und zu Sündersbühel

DN. WOLFGANGO Pömer

ILLUSTRIS SENATUS NORIMBERGENSIS
DUUMVIRIS, SEPTEMVIRIS,
SCHOLARCHIS ET PROVINCIALIBUS
DOMINIS ET PATRONIS SUMMA OBSERVANTIA COLENDIS

S. D.

MAURIT. HOFFMANN.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0005-7

MEdicinam paucarum quondam herbarum ſcientiam, ceu remediorum à Naturâ ad ſalutem mortalium ubivis expoſitorum, quemadmodum hodieq; nonnullas pro fati clementiâ cum morbis ingruentibus adoleſcere & luxuriare videmus, dum ſimplex erat ex ſimplici plantarum victu ſanguis, indeque pendens robur & valetudo corporum, facilè ſufficere, neceſſitatibusq; vitæ ſanguineæ ſingulis proſpicere potuiſſe, ex ſeculi illius captu eluceſcit clariſſimè. Poſtquàm verò ſenſim obrepente priſcæ frugalitatis deliquio per proceres gulæ fines voluptatis longiùs promoti ſunt, atq; per faſtidientis ſtomachi oblectamenta, tam varias nectar illud acceſſione chyli varii, aſſumtorum qualitates æmulantis, mutationes ſubire cœpit, cœperunt etiam contemni obvia Naturæ blandientis præſidia, parvoq; amplius hominum, longævitatem affectantium, deſideria redimi noluerunt, ſanguinisq; adulterationi, morborum multitudini faventi, oppoſitæ fuerunt Compoſitiones operoſæ & miſturæ inexplicabiles. Ejusmodi equidem multæ, & non tàm ex domeſticis, operaque levi parabilibus, quàm transmarinis, ab Arabibus & Indis ambitioſè, ſolliciteque conquiſitis, etiamnum paſſim proſtant, quotidieq; plures præſcribuntur. oſtentatione Artis majori, an temeritate Medicinam facientium, dubium relinquentes. Quaſi per varietatem medicamentorum morborum varietas expugnanda, vitioque ſanguinis vario farrago medicamentorum varia optima eſſet. Atq; uti deliciis diſſoluto ventriculo conſueta averſanti, ſic & Naturæ languenti nova & inuſitata, ab alio orbe petita remedia, præ familiaribus placerent, ſimpliciaq; noſtra planè impotentia eſſent, prout rerum abundantia in ſui deſpectum & neglectum quotidiè vulgus rapere ſolet.
Attn. incertum etiamnum de plerorumq; uſu habetur, luxetur ſæpius præſens valetudo, an amiſſa reſtituatur, quorum ſcil. dubia collectio, inconveniensq; noſtro calori & ſanguini origo. Quin etiam multæ plantæ, quas adverſus ægritudinum impetum efficaciſſimè pollere voluit æterna rerum optimarum ſcaturigo DEUS, citra confuſionē Naturæ Medicatrici, ſat idoneæ deprehen-
dun-

duntur, ſive infeſtum vitæ penetralibus frigus ſuperandum, ſive æſtuantium viſcerum fervor temperandus, ſive ſuffuſis partibus humiditatum imbres exſiccandi, ſive ariditas earundem ſqvalorq; repentinus prohibendus, ſive dolorum cruciatus leniendi ſive deniq; ſuperflua è corpore per varios, tàm patentes quàm inſenſibiles meatus eliminanda fuerint. Maximè autem cùm noſtrates noſtro ſub Sole, inqué noſtro ſolo natæ, craſi ac ſanguini noſtro amicæ magis ſint, adeoque tàm pro valetudine fulcienda, quàm morborum impetu retundendo convenientiores, quivis intelligere poteſt, peregrinis & externi Orbis remediis tantoperè non inhiandum, tumultuarioq; congeſtu Compoſitis non adeò eſſe fidendum, multò minus noſtras ſtirpes, ad medicationem aptiſſimas, aſpernandas eſſe. Imò eò cupidiùs in noſtratiũ, præſertim ad Officinarum uſum jam receptarum, plantarum valetudinis humanæ præſides Medicos pariter & eorum miniſtros Pharmacopæos inquiſitionem, ob liberam animi oblectationem & præclaram utilitatem Regibus olim dignam, incumbere oportere, quò major pro cœleſti benignitate varietas ſingulis menſibus æſtivis paſſim ſe offert, curam minimam colligendi, ſeligendi ſecernendiq; maximam eſſe, monſtrans. Nam & poteſtas non omnibus æqua & quædam ſub gratiſſimo foliorum virore virus, ſub amabili florum ſpecioſorum venuſtate toxicum velant, ſalutemq; mortalium in diſcrimen vocare audent.

Illius igitur imminuendæ, Artisq; ſervandorum hominum ſtabiliendæ gratia, cùm partes ſint mei officij, Philiatris hujus Univerſitatis publicè demonſtrare eas, quæ ſalutares valetudini cõſervandę ſint impendendæ; quę noxię, prudẽter ſeligendæ, & verò in agro Altdorffino, vicinisq; locis ultra nongentas occurrant florũ elegantia non minùs, quàm Medicâ virtute coñendabiles, miſeræ plebeculæ, quæ ſumtus rarò tolerat, præ precioſis arridentes & ſufficientes, non tantùm Herbationes ſive excurſiones frequentes cum Ipſis ad loca editiora & herboſa in trium milliariũ circuitu hactenus inſtitui, ſed & earundem occaſione Catalogum iſtarum LUDOVICI JUNGERMANNI induſtriâ olim conſcriptum & CAS-

PARI

pari Hoffmanni (τῶν νῦν ἐν ἁγίοις) curâ ante hoſce XLVI. annos editum, variis in locis quarundam nondum ab ipſis Anteceſſoribus obſervatarum acceſſione, additoq; loco determinato & tempore, quô florere ſolent; tùm fungorum veſcorum & venenatorum, tùm lapidum, non tantùm cochlearum, ſed & oſtrearum marinarum & concharum imagines repræſentantium, à tempore diluvii hucusq; fortè ſuperſtitum, aut à ſeminali quadam virtute formatrice intereà temporis productorum, enumeratione in tantum auxi, laudatiſſimorumq; quorundam Botanicorum ſynonymis, deſcriptionem brevem, vimq; etiam Medicam innuentibus additis, ita interpolavi, ut opus planè novum natum ſit.

Eum autem laborem meum, Floræ Altdorffinæ Corollam, Magnifici, Nobiliſſimi, Perſtrenui ac Prudentiſſimi Viri, in Gratiæ Veſtræ templo conſecrare debui, tùm ut gratitudinis meæ aliquod monumentum extet pro inſigni Veſtrâ benevolentiâ, quâ me Poliatri, mox Profeſſoris muneri hic admotum non promtè minùs initiò ſuſcepiſtis, quàm conſtanter hactenus & liberaliter foviſtis; tùm ut quàm felix territorium Veſtrum cum Vicinia ſit, Veſtraq; prædia vegetabilium uberrimo lætiſſimoq; proventu quotannis gaudeant, Vobis præ reliquis Rei herbariæ deditis palam fiat, atq; Veſtrorum meritorum im̃ortalium incremento cura hæc ſalutis publicæ noſtra imputetur.

Accipite ergò, quâ me provocaſtis, benignitate hoc obſervantiæ pignus ab eo, qui qualicunque occaſione ſtudium & obſequium ſuum optat eſſe probatum, neque neſcit Vobis quoque volupe eſſe, à faſtigio Veſtro haud rarò ad agreſtia & humi repentia divertere, inque ſecreta & miracula, quibus perfuſa eſt hæc Naturæ pars, inquirere, atq; hoc deliciarum hortenſium & arvenſium lenocinio animum publicarum curarum lento vinculo impeditum expedire. Valete feliciter, Patroni mei Magni, Veſtrisque auſpiciis Muſas Medicas ad exteros fugientes hîc ſiſtere pergite! Ex Altdorffinâ Veſtrâ d. XX. Febr. A. C. cIↄ Iↄ C LXII.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0008-5 DFG

INter opes inopes gemmas calcamus & aurum,
Queîs implet noſtrum Chloris amica ſolum.
Quando neſciimus gazas tellure latentes,
Quæſita eſt alibi gloria nata domi.
Ampliùs haud debet naturæ injuria ferri,
Proteri & ingrato condita dona pede.
Eja, HOFFMANNE, bonam hanc naturæ ſuſcipe cau-
Ac Altdorffiacos perge aperire ſinus. (ſam.
O fortunatos, Duce Te ſua dum bona norunt
Agricolæ, cives, Hippocratisq; cohors!

*Scrib. in honorem meritiſſimi tùm de re omni Medicâ tùm præſertim Botanicâ* VIRI

JOH. CONRADUS DÜRR P. P.

---

FElicium ô HOFFMANNE! temporum Radix,
& ſanitatis Termes, aureum Pomum
Mortalibus, ſuprema termini ſummi
Spes, denique Horror & Napelle Parcarum!
Quando recenſes germinantium florum
Apollinis circum ſedentium ſedes
turbam, micantiumque ſiderum terræ
ſtellas, colores purpuræ, decus ſilvæ;
nondumq́ue tactis viribus, ſedet pallor
in ore Morti: nuda nominum ſigna
fugit repente, noxios putat flores:
Lethale ſentit frigus, algidum Lethum,
HOFFMANNE collium venuſte Flos Phœbi,
Lex Febrium, Ægrimoniæ Sudes! quando

tàm

tam pertinaci carpis ungve montanas;
denſatur omnis gens cruenta Morborum,
fugamque ſumit, quâ poteſt viâ latè.
Hoffmanne Semen Artis, & Ferax Arbor
ramos Eoas in plagas & Occaſum
Spargens! nocenti ſi premis jugum calce,
ſunt obviam comata Numinum monſtra
Silveſtrium, Dryas, Napæa, Carmenta,
omnisque plebs agreſtium puellarum
florumque graminumque plurimæ gentes.
Hîc cana Nardus, Lilium ſuperbum iſtic,
ut præda, gaudent abripi tuâ dextrâ,
& colla ſubdunt enſibus tuis ſponte.
Thymis abundans in tuis amat chartis
legi politis Hybla: vertices montis
Hymettus inſerit ſuos tuo libro:
In quo Venuſtas omnis & Nemus florens,
largiſſimorum temporum Vices gratæ,
Majusque paſſis ipſe obambulat cirris.
Hæc inter Echo vocibus dat applauſum
Altumque clamat: Quisquis es! labores hos
AMA, FUTURIS poſteris, & HIS FUSUM
DIC NOMEN, ut ſunt ſparſa prata Narciſſis.
Jam Fama dixit Seculo: Deûm Interpres
Hoffmannianum Nomen imprimit cœlo.

MAURITIUS HOFFMANNUS
MEDICUS
*per anagr.*
AMA FUSUM NOMEN, DIC HIS
FUTURIS.

*Obſervantiæ ergò*
L. Mq; adjecit
CHRISTOPHORUS MOLITOR
P. P.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0010-4




A.

NO-

M

ar. *Jun-*
*eſ.* Abies
Weißthan-
nè viridi-
lis pecti-
*obilis* ſur-
*Sylvis.*
ula The-
ora *Bauh.*
gentibus,
*iſci* inſtar
am mora
Piceæ pu-
nbricatim
naturita-
orum hoſ-
ubi initio
rtè conſti-
um rudi-

*al.* majus
κὸν, eaq;
*n. Jul. &*
antia ejus

ſculis her-
*t pagum*
dictum.

Acer




Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0012-6

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0013-2

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0014-7
DFG

# CATALOGUS PLANTARUM CIRCA ALTDORFFIUM NORICUM SPONTE NASCENTIUM CUM SYNONYMIS BOTANICORUM LAUDATISSIMORUM

## Secundum Ordinem Alphabeticum.

ABIES *Matth. Lob. Tab.* mas Theophr. *Jungerm.* Abies Plin. & fœmina Theophr. *Cluſ.* Abies alba & fœminâ *Bauh.* vulgò Thannen & Weißthannen / foliis eſt in extremitate bifidis ſupernè viridibus, averſâ parte cinereis, utrinque in ramulis pectinatim diſpoſitis & conis herbaceis ſive *ſtrobilis* ſurſum ſpectantibus, quorum nucamenta offert *m. Majo in Sylvis.*

Abies fœmina Theophr. *Jungerm.* Picea Plinii & Abies maſcula Theophr. *Cluſ.* Picea *Matth. Lob. Tab. & alior.* major ſive rubra *Bauh.* vulgò Föhren & Rothe Thännen / foliis eſt rigidis & pungentibus, incerto ordine ramos cingentibus. In hàc rami fracti *viſci* inſtar densè implicati ſæpè obſervantur, ut & *nucamenta* quædam mora immatura herbaceo pallore *m. Jun. & ſeq.* æmulantia, Piceæ pumilæ à *Cluſ.* adſcripta & à *Matth.* depicta, è ſquamulis imbricatim compoſita, inque pungens foliolum deſinentia, perque maturitatem ſub finem æſtatis in cellulas dehiſcentia, vermiculorum hoſpitia. *In Sylvis paſſim circa* Birnthann *&* Feucht / ubi initio *Maji*, Iuli palleſcente farinâ pleni, nimborum ſulphur fortè conſtituente, & Strobilorum ſive conorum deorsùm nutantium rudimenta purpuraſcentia cernuntur.

Abrotonum V. Artemiſia.

Abſinthium vulgare *Matth. Tab. & Officin.* ſive ruſticum *Thal.* majus *Cluſ.* latifolium *Dod.* Wehrmuth vulgò quia καρηβαρικὸν, eaq; propter antè uſum aquæ ferventi mergendum. *Fl. m. Jul. & Aug. in Incultis, præcipuè circa Neoforum*, ubi abundantia ejus agricolis ferè moleſta.

Acer major *Cordi*, latifol. *Cluſ.* Platanus Germanica *Thal*, floſculis herbaceis racematim dependentibus. Im Entenberg *& poſt pagum* Weinhoff / juxtà antrum illud horridum die Teuffelskirch dictum. *Majo.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0015-3 DFG

Acer montana tenuifolia *Thal.* acutioribus fol. *Geſn.* Im Buchberg *agri Neofor. Eod.*

Acer tenuifolia ſive minor *Cordi* Acer campeſtre & minus *Bauh.* Opulus *Geſn.* vulgò Maßholter / Milch & Kreutz baum / Waßerhülſen. *In ſepibus* frutex eſt, caulibus ſæpè alatis, *in ſylvis & pago* Peuſchelßberg / arboris proceritatem exæquat. *Majo.*

Acetoſa pratenſis *Bauh.* major & *Officin.* Oxalis *Matth. Dod. Lob. Tab.* Lapathum acetoſum *Jungerm.* Sauerampffer. *In pratis m. Aprili & Majo*, foliis ſæpè criſpatis.

Acetoſa ocimifolia paluſtris polyſpermos *noſtra;* βȣκεφαλή φοϱα Neapolitana *Col.* cujus ſemina triangula perianthio triangulo, quaſi tribulaceo includuntur. *Poſt* Allersperg / quâ per editiora via ducit Hilpoltſteinium ad marginem piſcinarum primùm occurrentium verſus Köchelsbuch / *m. Aug. & Sept.*

Acetoſa arvenſis lanceolata *Bauh.* Oxalis minor *Matth.* ovina *Tab.* Sinuata vervecina *Lob.* Acetoſella *Lonic.* ſed non *Offic. In arvis ſicciorib. m. Majo & ſeqq.*

Acetoſa lanceolata anguſtifolia repens ſive V. *Bauh. in Prodr.* Acetoſella minima rubra. *In arenoſis incultis Norimbergam reſpicientibus* Beym Gleißhämmerlein / *Julio & ſeqq.*

Aconitum Lycoctonum lut. vulgatius *Cluſ. II. Matth. Tabern.* Luparia fol. molliorib. major florib. luteopall. *Majo.* Im Schlipffelßberg juxtà Sultzbürg.

Aconitum Lycoctonum humilius fol. durioribus flor. pallidis, *In montib. ſuprà Hirſpruccum. Jun.*

Aconitum racemoſum *Bauh.* ſive bacciferum. Chriſtophoriana *Lob. Dod. Cluſ. Tab.* & Coſtus ¦niger *quorundam*. Hujus radices malè pro Hellebori nigri radicib. à rhizotomis Bohemis venduntur. *Paſſim in opacis ſylvis & editioribus Pfaffenthalij m. Majo.* flores muſcoſos candidos profert, *Aug.* baccas nigras.

Acorum *Cam.* verum ſive legitimum *Cluſ.* Calamus aromaticus *Officin.* Kalmuß. *In piſcinis* bey Alten Furth / & *circa Neoforum &* Fiſchbach / alibique *m. Julio* Julos loco florum exhibens.

Adiantum album *Cam. Tab. & Offic.* nigrum *Cæſalp.* Salvia vitæ quarundam *Lob.* Paronychia *Matth.* Maurrauten. Ruta muraria *Dod. Bauh. In rimis murorum arcis* Burgthann / *etiam oppidi & templis pagorum.*

Adian-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0016-9
DFG

**A**diantum nigrum *Offic.* quod aliæ Trichomanes *Dioſc.* aliæ Polytrichon vocant, Adiantum rubrum *Lonic.* Trichomanes *Matth. Dod.* mas major *Tab.* Saxifragia rubra *Thal.* Frauenhaar & Steinbrech / *In nudis Saxis circà* Kühlbrünlein / *aliisq;*.

**A**diantum nigrum tenerius ſive rutaceum, fortè Trichomanes minor mas *Tab. In iisdem* zum Gſtein / ubi Vulcani miniſtri ferrum exercent, propè Schwartzenbrug.

**A**diantum ἄφυλλον *Thalii* majus & minus. Polytrichum aureum majus & minus *Bauh.* Polytrichum Apuleji majus & minus *Fuchſ.* Adiantum aureum majus & minus *Tab.* Guldener Widerthon. *In Sylvis opacis muſcoſis & Ammerbach m. Apr. & Majo.*

**A**donidis flos V, Chamæmelum.

**Æ**gilops V. Gramen.

**A**grimonia V. Eupatorium.

**A**izoon majus *Cam.* Sedum vulgare *Eyſt.* majus *Bauh. Tab.* Sempervivum majus *Matth. Lob. & Officin.* alterum ſive Jovis barba *Dod.* Haußwurtz. *In tectis enim domorum frequens* zu Raſch *& alibi*, à quibus fulmina averruncare creditur. *Junio.*

**A**izoon hæmatodes *Lob. Tab.* Sedum minus V. *Cluſ. I. Dod.* minus lut. fol. acuto *Bauh.* Hujus caulis cimis demtis latus monſtroſus excreſcit, ejusdemque flores ſi intorqueantur fit.

**A**izoon ſcorpioides *Lob.* Sedum minus *IV. Cluſ.* minus lut. ramulis reflexis *Bauh. Locis utrumq; arenoſis*, ubi ad molam acuendis ferris olim paratam Schleifmühl & Bretthal deſcenditur *m. Julio.*

**A**izoon ſive ſedum minus teretifolium album *Bauh.* Sempervivum minus alt. *Dod.* Sedum minus *Matth. I. Cluſ.* Vermicularis ſive Illecebra major *Lob.* Vermicularis & Craſſula minor *Officin. ejusdem. In Maceriis & Saxis* zu Eyßmannßberg. *Junio.*

**A**izoon ſive Sedum minus teretifolium alterum *Bauh.* Sempervivum parvum *Lob.* Sedum medium teretifolium ſive Sempervivum minus *Offic. ejusdem*, ſedum minus *II. Cluſ. In iisdem ſed priore minus frequens & fl. albo tantum.*

**A**izoon acre *Cordi*, minus fervidi guſtus *Thal.* Sempervivum minus vermiculatum acre *Bauh.* III. *Matth.* VIII. Cauſticum *Cluſ.* Illecebra *Dod.* Gramen III. Plin. *Anguill.* Vermicularis *Offic.* & Herba arthriticoſcorbutica *noſtra* Maurpfeffer. *In maceriis, ſerpilletis & ericetis* paſſim *m. Junio & Julio* floſculos luteos ſtellatos offert.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0017-5 DFG

Aizoon minimum *Cordi* alterum inſipidum, Vermicularis inſipida *Thal.* & *Eyſtett.* Sempervivum minus vermiculatum inſipidum *Bauh.* A priori non ſolùm guſtu differens, ſed etiam foliolis longioribus, teretioribus, tenuioribus & à caule reflexis. Quarè hoc inſipidum, non acre, uſurpandum aut teretifolio albo ſubſtituendum in Ung. Populeo. *Iisdem locis & in aggeribus, agrorumq; marginibus circa* Rötenbach.

Aizoon paluſtre *Camer.* Sedum paluſtre *Cluſ.* fl. incarn. *Eyſtett.* ſubhirſutum purpur. *Bauh.* m. Jun. *In pratis humidioribus* circa *Norimbergam* & Heichingen propè opp. Lauff.

Aizoon petræum, ſedum minus XII. alpinum VI. fl lut. *Cluſ.* alpinum hirſutum lut. *Bauh.* Leucoium luteum aizoides montanum *Col.* *In Saxis pagi* Kipfenburg *m. Apr.*

Alcea V. Malva.

Alchimilla V. Sanicula.

Alectorolophos ſive Criſta galli *Dod.* Criſta galli *Herb. Lob.* pedicularis pratenſis lutea *Bauh.* Pedicularia lutea *Tab.* Hujus quædam varietas eſt: nam in *agris lætioribus* ramoſa eſt comâ candicante; *In pratis* verò *ſiccioribus* non ramoſa comâ fuſcâ creſcit, ut major & minor haberi poſſit. *Majo & Junio* utraque.

Alectorolophos purpurea ſive III. genus, alt. criſtæ galli *Cluſ.* Pedicularis *Lob. Tabern.* pratenſis purp. *Bauh.* campeſtris *I. Tragi*, Fiſtularia *Dod. m. April. & Majo. In uliginoſis* quà itur verſus Heidenberg: *In pratis* verò circa Luderßheim & Gruppach altiùs aſſurgit, floſq; purpureus nonnunquam candicat.

Alliaria *Matth. Dod. Lob. Cam. Tab.* Pes aſini *Pandectarij*, Rima Mariæ ejusd. *Anguill.* Scordotis quibusdam. Quô pro ſcordio feliciſſimè uſus fuit *Guilh. Fabrit. Hildanus* Obſ. 94. Cent. 2. *In Sepibus Majo.*

Allium ſylveſtre tenuifolium *Lob.* & *Dod.* campeſtre juncifolium capitatum purpuraſcens *Bauh. In pratis montoſis & agris Mauritiano ſubjacentibus. Junio.*

Alnus *Matth. Dod. Lob. Tab.* vulgaris *Cluſ.* rotundifolia glutinoſa viridis *Bauh.* cujus foliis recentib. per cubicula ſtratis pulices capiuntur. κλῆθρα *Theoph.* Erlen *Ad aquas paſſim & im* Ammerbach *alneta conſtituit*, ubi floſculos ſtellatos rubicundos cum Julis profert *initio April.*

Alnus

Alnus nigra *Lob. & Camer.* baccifera *Bauh. & Lugd.* Frangula *Matth. Dod. & Offic.* Faulbaum *Tragi. In alneto poſt domum pauperum & Junipereto verſus* Schleiſſmühl *frequens m. Majo.*

Alſinanthemum *Thal.* V. Pyrola.

Alſine altiſſima nemorum *Bauh.* maxima *Lob.* major *Dod.* II. major *Tab. In dumetis quibus aqua ſubeſt. Aprili & Majo.*

Alſine paluſtris ſerpillifolia minor *Caſp. Bauh.* I. *in Prodr.* An anagallis ſerpillifolia aquatica *Joh. Bauh. in hiſtor. fontis Bollenſ. lib. 4. pag. 194. & Hiſt.* univerſ. l. 29. c. 113. *m. Julio. In ſtagnis arenoſis per æſtatem hiulcis, quâ itur* zum Heidenberg *& ad extremum pontis Fiſchbacenſis.*

Alſine media *Bauh. Tab.* minor *Dodon Lob.* Hippia minor *ejusd.* Cui etiam ut & *Matth.* ac *Officin.* ſimpliciter Alſine dicitur. Hünerſalbey. *Paſſim in campis m. Mart. & ſeqq.*

Alſine hirſuta magno flore *Bauh.* hiſpida I. *Thal.* hirſuta *Cam.* ſpuria III. *Dod.* quæ malè *Offic.* quibusdam Auricula muris & Piloſella dicitur. *Majo In agrorum marginibus, ubi ſæpè abortiva, floris explicatione ab inſectis prohibitâ, cernitur.*

Alſine hirſuta minor *Bauh.* hiſpida minuta *Thal. Eod. verſus Officinam laterum.*

Alſine Chamędryfolia floſculis pediculis longis inſidentibus *Bauh.* Alſine minor fol. Triſſaginis *Lob.* ſpuria altera *Dodon. Febr. & Mart. In arvis*, in quibus etiam

Alſine foliis Veronicæ, floſculis cauliculis adhærentibus *Bauh. & Tab.* quæ à præcedenti diſcernitur, quod ſcilicet *hujus* folia caulem ferè amplectantur, *illius* nitantur pediculo evidentiori. *Eod.*

Alſine minor multicaulis fol. oblongo *Bauh.* minima *Dod. Cam. & Lob.* petræa minima *Tab. In arvis & collibus ſabuloſis Apr. & ſeqq.*

Alſine tenuifolia muſcoſa *Bauh.* muſcoſa *Lugd. In Sylvis humidis Majo.*

Alſine pratenſis glabra *Bauh.* verna *Lugd.* In *aridis primô tantum vere propè patibulum.*

Alſine hederulę fol. *Bauh.* ſpuria prior *Dod.* hederacea *Tab.* Morſus gallinæ fol. hederulæ *Lob.* Elatine prior *Lugd.* floſculis cœruleſcentibus & albeſcentib. *In omnibus agris præſertim novellis m. Martio & ſeqq.*

Alſine triphyllos cœrulea *Bauh.* recta *Tab.* parva recta fol. alſines hederaceæ ſed rutę modo diviſis *Lob.* Händlein Kraut fl. cœrul. *Tragi,*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0019-9
DFG

Dactyliobotanon *Thal.* *In arvis pinguioribus Collegio vicinis, Aprili.*

Alſine petræa *Tab.* ſed fl. albis congener ſaxifragæ albæ, hinc pro Saxifragella habenda; ſedum tridactylites tectorum *Bauh.* Paronychia altera *Dod.* rutac. fol. *Lob.* dactyliobotanon alterum *Thal.* *In ſaxoſis ad* arcem Hilpoltſtein Norimbergenſium & Helffenberg bey Lengenfeld *ac propè* Traunfeld *Maji initio.*

Alſine minor capitulis lini cauliculis inflexis *Bauh.* minima ſuffruticis inſtar *Thal.* λινόκαρπος dicenda. *Eod. In pratis montoſis & ſummitate* des Buchbergs.

Alſine ſpergulæ facie minor floſculo ſubcœruleo ſive IX. *Bauh. in prodr.* *In ſabuleto Iunipereti* Palatinatum reſpicientis & circa Spohnberg / *Majo.*

Althæa V. Malva.

Amarantus maximus pannicula ſparſa *Bauh.* purpur. *Lob. & Dod* Blitum *Matth.* Indicum *Tabern.* ſeritur aliquando à ruſticis Leimburgenſib. Heidelbacenſib. & Ludersheimenſib. & vocatur Welſcher Hirſch / Rother Mayer. *Aug.*

Anagallis phœniceo fl. *Bauh.* phœnicea mas *Lob.* mas *Matth. Dod.* terreſtris mas *Thal.* Anagallis & Corallium *Offic.* Paſſim in *agris m. Jun. & ſeqq.*

Anagallis cœruleo fl. *Bauh.* fœm. *Lob. Cluſ. Dod. Matth.* terreſtris fœmina *Thal.* *In agris montoſis* poſt Rieden & Hagenhauſen ac circa Hohenſtein propè Mühlberg *m. Jun. & ſeqq.*

Anagallis fœmina fl. albo. *Ibidem* ſed rariùs.

Anagallis lutea nemorũ *Bauh. Tab. Lob.* luteo flavove flore *Camer. Cluſ.* Numularia ſylvatica ſive mas *Geſn.* inſtar numulariæ enim ſerpendo perennat. Alſine lutea *Lugd.* *In udis alneti viæ philoſophicæ proximi poſt domum pauperum, aliisq́, umbroſis. Junio & ſeqq.*

Anagallis aquatica *Tab.* major fol. ſubrot. *Bauh.* fol. maximo *Thal.* flor. cœrul. *In paluſtribus* bey der Gnadenberger Cloſterbrucken & poſt Rötenbach. *Junio.*

Anagallis aquat. minor *Tab.* fol. ſubrot. *Bauh.* Anag. aquatica ſive Beccabunga Germanor. *Lob. Dod.* utraque *Offic.* Beccabunga, vulgò Bachpummen. *Ad lacus paſſim Majo & Junio,* lætiſſima in der Lauter poſt Lauterhoffen.

Ana-

Anagallis aquat. major folio oblongo *Bauh.* nonnunquam ſerrato, Berula major *Tab. m. Jul. In udis pagi* Berg *dicti.*

Anagallis aquat. minor fol. oblongo *Bauh.* haud rarò ſerrato, Anag. aq. minor II. *Tabern. In iisdem* florib. pallidis, ſæpè etiam albis circa Ehlſpach & poſt pagum Weinhoff / quâ itur nach Grünſperg.

Anagallis aquatica anguſtifol. ſcutellata *Bauh. in prodr.* aq. anguſtifol. *Joh. Bauh.* Hiſt. univ. l. 38. *In junceto, per quod itur verſus* Heidenberg am Riedner Wald *m. Jun. & ſeqq.*

Androſæmum V. Hypericum.

Anchuſa V. Lithoſpermum.

Anemone ſylveſtris fl. albo ſive III. *Matth.* Sylv. I. *Cluſ. In editioribus montis Mauritiani* ut & *Saxis* circa Hilpolſtein Noriberg. & Winterſtein item in ſummitate des Buchbergs. *Maj.*

Anemones ſpecies *Geſn. Thal.* eſt Pulſatilla dicta *Matth. Dod. Tab.* Pulſatilla vulgaris *Lob.* dilutior *Cluſ.* m. Martio & Apr. *In montoſis Palatinus* circa Caßel / Heimburg / Breitenegg alibique exſultat & Oſterblumen vocatur, Kuchenſchell Brunſ

Anethum *Offic.* & *Herbar.* Dille & Kümmerling Krautt. *Jun. In ſeminariis* braſsicæ capitatæ nonnunquam occurrit.

Angelica aquat. *Geſn. & Bauh.* Archangelica *Lob. Dod. & Cluſ.* amplioribus foliorum alis. *Ad ripas aquarum m. Aug.*

Angelica ſylveſtris *Matth. Dod. Cam. Tab.* ſylveſtris major *Bauh.* foliis tenuioribus. *In udis alnetis m. Julio & ſeq.*

Angelica ſylveſtr. minor ſive erratica *Bauh.* Herba Gerardi *Dod.* Gierſa *Thal.* Podagraria Germanica *Lob.* Ægopodium *Tab. Ubiq. ad ſepes. Majo & ſeq.*

Aniſum *Herbarior. & Officin. Seritur nonnunquam circa Norimbergam* uffm Johannes Feld fl. *Junio.*

Anonis V. Ononis.

Anonymos Coluthææ flore *Cluſ.* Pervincæfol. *Cam.* Chamæbuxus flore Coluthææ *Bauh.* Chamæpyxus *Tragi & Geſn.* Im Heidenberg / quâ poſt pagum homonymum dextrorſum adſcenditur; Copioſiùs in *Sylva* propè Zabelßhoff & *in aſperis Palatinatus* bey Wieſenacker ac Breitenbrunn / ubi variat fol. ſtrictiſſimis floſculis ex albo flaveſcentibus *m. Apr.*

Anonymos Coluthææ flore fl. albis medio rubeſcentibus *m. Majo ad ſaxa humida quâ ex Cœnobio* Blanckſtetten *ad proximum montem adſcenditur.*

Anony-

Anonymos linifolio *Cluſ.* Linaria montana floſculis albicantib. *Bauh.* Sylvatica *Thal.* adulterina *Tab.* Anthyllis montana *Lugd.* *Majo.* Verſus Birnthann bey denen vier Brüdern / abiete ſcil. ex uno caudice quatuor oſtentante & in Heydenberg.

Anſerina V. Argentina:

Anthemis V. Chamæmelum.

Anthyllis leguminoſa *Lob.* Lenti ſimilis *Dod.* Lagopodium *Tab.* arthetica Saxonum *Thal.* Vulneraria ruſtica *Geſn.* Lotus latif. *Dal.* Loto affinis Vulneraria *Bauh.* In *Mauritiano* & Buchberg frequens, item *in pratis* verſus Lenzenbe g fl. lut. rarò albeſc. *Majo & Jun.*

Antirrhinum arvenſe majus *Bauh.* minus *Geſn. Tab. I. Matth.* ſylv. ſive phytevma *Dod.* arvenſe rubrum *Thal.* Bucranium *Cordi*, Orant & Lewenmaul. *In ſegetibus montoſis* verſus Lauterhoffen & *agro arenoſo* poſt Welletßleiden / *Julio & ſeq.*

Antirrhinum arvenſe minus *Bauh.* III. *Matth.* minimum *Thal. Cam.* alterum repens *Lob. Ibid.* & in Heidenberg. *Junio.*

Aparine vulgaris & *Matth. Dod. Lob.* aſpera *Thal.* *φιλεταίρειον Hipp.* Lappago aſpera & Aſperugo *Plin.* φιλάνθρωπος ab aſperitate veſtium tenaci Bettlerßläuſe. *In ſepibus m. Jun.*

Aparine lævis *Cæſ.* Mollugo Belgar. *Lob.* montana *Dod.* Mollugo *Cluſ.* montana latifolia ramoſa *Bauh.* Matriſylva II. *Tragi. In Sylvis cæduis m. Julio.*

Aparine lævis Epatica, Aſperula aut aſpergula odora noſtras *Lob.* odorato flore *Cluſ.* albo *Dod.* Utraque *Officinis* cum *Trago* dicitur Matriſylva & Matriſylvia, alicubi etiam cum *Tab.* Hepatica ſtellaris vulgò Leberkraut/ Waldmeiſter/ Waldmännlein. *In Sylvis enim Pfaffenthaly & Maurity Majo* luxuriat, ſed *in apricis & ſaxoſis minor* aſt *odoratior* habetur, ut

Aparine lævis ſtrigoſior, odoratior & ſaxatilis dici poſſit. An Rubeola Saxatilis *Bauhin.* ? Circà Hohenſtein / *m. Jun.*

Aparine ſive aſperula aurea *Dodon.* Cruciata aurea *Tragi*, minor *Lob.* Cruciata herniaria *Thal.* quod admodum præſtans ſit in hernioſis rupturis ſolidandis, undè Inguinaria Plin. *quibusdam* creditur. Im Ammerbach & quà deſcenditur ins Pfaffenthal. *Majo.*

Aparine ſive Rubiola arvenſis *Cam.* repens cœrul. *Bauh.* cum quâ non eadem Aſperula cœrulea *Cam. Dod.* aut *Lob. In ſegetibus montanis & Horto Medico proximis m. Jul. & ſeqq.*

Apium

Apium montanum *Lugd.* fol. ampliore *Bauh.* Oreoſelinum *Cluſ.* & *Lob.* ( qui etiam Petroſelinum vocat. ) 1. *Tab.* Veelguta *Dod.* i.e. multibona. Jn Sultzbürg / quà ex *Sulzkirch* adſcenditur, & *Mauritiano*, frequens etiam circa Allerſperg / *alibiq; m. Jul.*

Apium paluſtre *Bauh. Matth.* Eleoſelinum *Dod. Lob.* Paludapium *Tab.* Apium *Offic. Ad Nigrum fluvium* zwiſchen Raſch & Bretthal / *Eod.*

Apium paluſtre fol. oblongis ſ. Sion *Bauh.* Sium ſive Laver Dioſc. oluſatri folio ſ. Paſtinaca aquat. *Lob.* Sium verum *Matth.* odoratum *Tragi*, Cicuta aquat. *Geſn. Ad radicem* deß Heidenberg & *in lacuſtribus circa offic. lateritiam Neofor. ac piſcinis Fiſchbacenſib. Aug.*

Apium paluſtre erucæfolium, Sium erucæfolio *Bauh. Lugd.* majus anguſtifol. *Tab.* alterum *Dod.* Oluſatri facie *Lob.* Cicuta maxima quorund. *Eyſt. Ad radices Mauritii & in lacunis* ad Cœnobium Seeligenpforten. *Eod.*

Apium ſylv. *Dod.* lacteo ſucco turgens *Bauh.* Daucus paluſtr. *Cord.* Olſenichium *Cordi. Thaly*, Elſnaḣ. *In alnetis n. m. Jul. verſus offic. laterum & poſt domum pauperum.*

Apium Cicutarium V. Cicuta.

Aquilegia ſylveſtris *Bauh. Thal.* Simplex *Cam.* Aquilegia *Trag. & Offic.* Aquilina *Matth. Lob. Tab. m. Majo* Jm Heiden - *& Mauritii monte.* Copioſiſſ. *in prato* ſummitatis deß Buchbergs verſus Solis ortum.

Aracus V. Vicia.

Argentilla major *Thal.* Barbacapræ *Lob. 1. Tragi*, flor. compactis *Bauh.* Ulmaria *Geſn. Cluſ. Cam. Tab.* Regina prati *Dod.* Medeſuſium *Cordi, Paſſim in uliginoſis* inprimis circa Rötenbach *m. Junio.*

Argentina minor *Jungerm.* Anſerina *Trag. Tab.* & *Offic.* Argentina *Dod. Lob.* Potentilla *Matth. Thal. Bauh. Brunf. & Offic.* Gänſerich. *Secus vias udas in pagis* paſſim fl. aureis *m. Majo & ſeqq.*

Arnogloſſa V. Plantago.

Artemiſia *Matth. Cam.* vulgaris *Cluſ. Thal.* major *Cordi, Bauh.* latifol. *Fuchſ. Dod.* rubra & alba *Tab.* caulibus enim eſt vel albicantibus vel ſpadiceis, Rother und weiſſer Beyfuß. Artemiſia *Off.* & Mater herbar. *Lob.* utraque νεκρολοκιοεζωτικὴ eſt. *Circa vias & aggeres* bey Raſch *& circa officinam lateritiam noſtram &* Gnadenberg. *m. Iulio. & Auguſt.*

Artemiſia tenuifolia *Thal. Cluſ.* III. *Dioſc. Lob*, Ambroſia tenuif. *Ejusd.* al-

tera *Matth.* Abrotanum Campeſtre *Tab. Bauh. IV. Tragi. Locis ſabuloſis verſus* Schleiffmühl *m. Aug. & ſeq.*

Arum vulgare *Cam.* ſ. III. non maculatum *Bauh.* Arum vel Aaron *Offic.* Luph planum *Meſue.* Pes vituli, Barba Aaronis Deutſcher Ingwer. *In dumetis & vepribus Ammerbachii & Pfaffenthalii Majo* loco floris piſtillum offert lividum thecâ incluſum, cujus fundamento ferè granuloſo *m. Sept.* baccæ miniatæ ſuccedunt.

Arundo Vulgaris ſive Φραγμίτης Dioſc. *Bauh.* paluſtris *Matth. Tab.* Harundo Vallatoria *Lob. Thal.* Calamus vulgaris *Cordi.* Arundo *Offic. In aquis pigris & piſcinis. Aug. & ſeq.*

Aſarum *Herbar.* vulgare *Bauh.* Aſarum & Aſara baccara *Offic.* Nardus ruſtica. Haſelwurtz. *In Coryletis n.* frequens eſt floribus piperis odorem æmulantibus *Majo.*

Aſcyrum V. Hypericum.

Aſperula V. Aparine.

Aſphodelus V. Phalangium.

Aſter Montanus lut. hirſuto ſalicis folio. *Bauh.* flore luteo *Tab.* pannonicus V. *Cluſ.* in hiſt. *Ad arcem* Hertenſtein *m. Jul.* ſed frequentiùs *ſupra cryptam illam* propè Velden das Geißloch dictã, quę Metalli fodina fuit, cujus cuniculi adhuc conſpicui præter portiunculas terræ victriolatæ vix aliud offerunt, etiamſi à metallicis remotarum terrarũ frequentari dicatur.

Atriplex ſylveſtris folio ſinuato candicante *Bauh.* ſylv. II. *Matth.* ſylv. ſinuata *Lob.* Fimetaria major *Thal.*

Atriplex ſylv. *Dod.* altera *Bauh.* I. *Matth.* Fimetaria minor *Thal.* Utraq; indiſcriminatim in *Offic.* Atriplex dicitur. *In fimoſis & cultis* am Bretthaler & Weinhofer Wege *m. Jun. & ſeqq.*

Atriplex ſylv. latifol. *Bauh. & Lob.* cui etiam uti *Dod. & Camer.* Pes anſerinus latifolius. Chenopodium 1. *Tab.* Schweinßtod cujus folia ima recentia ſupinâ facie rubent. *Iisdem locis.*

Atriplex ſylveſtris anguſto oblongo folio *Bauh.* polygoni aut helxines folio *Lob. Cam.* ſylv. humillima *Dod. Ad ſepes hortorum m. Aug.*

Atriplex ſylv. fœtida *Bauh.* puſilla, olida, hircina & Vulvaria *Lob. Tab.* Garoſmum *Cord. & Dod.* Majorana Veneta per jocum Cl. *Doldio & Jungermanno* dicebatur. *Secus parietes urina conſperſos ante utramq; portam. Jun. & ſeq.*

Avena *Matth. Dod. Brunf.* vulgaris ſive alba *Bauh.* ſativa & I. *Tragi.* Veſca *Lob.* granis longioribus ſivę majoribus. *ſeritur paſſim, colligitur Aug.*

Avena

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0024-3
DFG

Avena nigra *Bauh.* ſylv. nigra *Cæſ.* Schwartzhaber granis minoribus. *Colitur circà* Hilpoltſtein.

Avena ſterilis V. Gramen.

Auricula muris V. Alſine, Echium, Piloſella.

## B.

BArba capræ V. Argentina.

Barbarea V. Eruca.

Bellis ſylv. caule folioſo major *Bauh.* major *Matth. Dod. Cam. Lob.* cui & Conſolida media Vulnerariorum *& Offic. quarund.* Bellium majus *Tab. m. Majo in pratis & ruderibus* frequens, caule haud rarò etiam nudo circà Fiſchbach.

Bellis ſylv. media caule carens *Bauh.* media *Matth. Tab. Cluſ.* ſylv. *Dod.* major ſylv. *Lob. ſecus vias in pratis Eod,*

Bellis minor *Matth.* ſylv. *Bauh. Tab.* Conſolida minor *Offic. quar.* Primula veris *aliar. Cæſ. in pratis & agrorum marginibus initio Martij*, florũ foliolis candidis, haud rarò rubentibus, diſcum luteum ambientibus, *m. Octob.* In Pfaffenthal. & ad foſſam oppidi.

Bellis minor fl. cœrul. *Eyſtett.* caule folioſo *Bauh.* Globularia Monſpelienſium *Lob. Tab.* cœrulea *Col.* Scabioſæ pumilum genus *Cluſ.* foliis rotundiorib. *m. Majo Circà* Velden beym Gottsacker *verſus Septentr.*

Berberis *Lob. & Offic.* vulgaris *Cluſ.* dumetorum *Bauh.* Creſpinus *Matth.* Oxyacantha *Gal. Tab.* ſive Spina acida *Dod.* Spina ſancta ſive Chriſti Italor. *Jungerm.* Weinſägelein. *In ſapibus hortorum quorund. Majo.*

Betonica *Officinar. & Herbar.* vulgaris *Cluſ.* purpurea *Bauh.* Wilderſalvey & Wieſenbetonien. *In pratris enim præcipuè montoſis*, in quibus aliqn. fl. incarnatis *m. Jun. & ſeq.* frequens.

Betonica major ramoſa, Mauritiana dicenda. *In adſcenſu ad Mauritij montem* verſus Meridiem & in pratis verſus Septentrionem gegen Schönberg. *Eod.*

Betulus Plin. *Lob.* Carpinus *Matth. Dod. Tab.* Fagus ſepiaria *Geſn.* Ornus *Tragi*, Oſtrya *Cordi*, Ulmo ſimilis fructu in umbilicis foliaceis *Bauh.* Steinbüchen & Heckbüchen. *Ad margines ſylvarum &* Im Spohnberg Julos foliatos, pro fert *m. Aprili*, florem verò folioſum ſive fructum racemoſum Lupulo tn. ut in Italiâ non ita ſimilem, *m. Maj. & ſeq.*

Betula ſive Betulla Plin. vulgaris *Herbar.* σημύδα *Theophr.* Betula arbor & pumila *Thal.* Bircken. *Paſſim in iisdem*, cujus juli *Aprili* diducuntur.

Bifolium V. Satyrium.

Biſtorta major *Tragi* vulg. *Matth. & Offic.* Colubrina ſive Serpentaria *Fuchſ. Majo in hortis pratenſibus circà* Fiſchbach / Leimburg *&* Mühlhauſſen.

Blitum minus *Dod.* album *Lob. Bauh.* Sylveſtre minus *Thal. juxtà ſepes.*

Blitum rubrum minus *Bauh.* nigrum *Tragi*, rubrum ſupinum *Lob.* alterũ ſylv. *Caſ.* foliis ſæpè & caule rubentibus *m. Julio In lupuletis* am Pfaffenthal.

Blitum *πολύσπερμον Bauh.* III. *Tragi*, Polyſporon Caſſiani Baſſi *Ang* Polyſpermon. *Lob. Tab.* Fiſchmelten. *Secus foſſas, in incultis verſus* Weinhoff. *Jul. & ſeq.*

Boletus cervinus V. Fungus.

Borrago V. Bugloſſum.

Branca Urſina V. Sphondylium.

Braſſica capitata *Matth.* alba *Dod. Bauh.* ſeſſilis & glomerata *Lob.* vulgò *κατ' ἐξοχὴν* Krautt dicitur, quàm tenuiſſimè inciſam muria, baccis Juniperi & ſem. Carvi conditam SaurKrautt/in fruſta verò majora diviſam Compoſtkraut vocant.

Braſſica capitata rubra *Dod. Bauh. Tab.* Convoluta & arctè occluſa rubro colore *Lob. Utraq; ſeritur paſſim*, quamvis rubra hæc rarior ſit & ad acetaria potiſſimum expetatur. Florent ex anno præter. *m. Jun.*

Braſſica vulgaris ſat. *Lob. Dod. I. Tab.* alba vel viridis *Bauh.* non capitata alba *Jungerm.* Köhl vocant. In agris cum paſtinaca ſativa colitur *paſſim cum ſeqq.*

Braſſica rubra *Tabern. Bauh. Geſn.* non capitata rubra *Jungermann.* BraunKöhl.

Brasſica gongylodes *Bauh.* rapum gerens *Dod.* rapicaulis *Cam.* Caulorapum *Lob. Tab.* RubenKöhl.

Brasſica criſpa *Matth.* Sabauda. *Tab.* alba criſpa *Lugd. Bauh.* Wirſing / Welſcher Köhl.

Brasſica cauliflora *Dod. Camer. Bauh.* prolifera florida *Tab.* KäßKöhl.

Brasſica criſpa nigra *Dod.* nigra criſpisſima *Caſ.* fimbriata *Bauh.* Weſtphaler oder Braunſchw. Köhl. *Coluntur in hortis quibusdam & agris circa urbem & oppida vicina.*

Brasſica ſylveſtris virgata *Cordi*, fol. integris & hiſpidis *Bauh.* Turritis *Lob. Tab*, Turrita vulgatior *Cluſ. Majo in montoſis & apertis collibus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0026-5
DFG

Braſſica ſylveſtr. fol. glaſti *Jungermanni*, ramoſa tota penè glabra *Bauh.* procera *Thal.* Turrita major *Cluſ. Ad margines ſylvarum cæduarum poſt* Brackenfels *Majo.*

Braſſica campeſtris *Cluſ.* perfoliata *Bauh* Napifolia ſiliquoſa *Lob. In arvis Aprili & Majo.*

Brunella & Bugula V. Conſolida.

Bryonia *Offic.* alba baccis nigris *Bauh. Cam.* nigra *Dod.* Vitis alba baccis nig. *Matth. m. Majo & ſeqq. In pago* Fiſchbach / alibique.

Bûgloſſum *Matth.* latifol. *Lob. Bauh.* vulgare *Cluſ.* Borrago *Tragi, Dod. Tab. Cam. & Offic. Ad ſepes hortorum* aliquando fl. albis *Majo & ſeqq.*

Bugloſſum vulgare *Matth. Tab. Dod.* anguſtifol. *Lob.* majus *Bauh. In agris arenoſis* circa patibulum ubi aliquando etiam fl. albo. Item fl. rubello *ad arcem* Grunßberg *Majo & ſeqq.*

Bugloſſum ſylv. *Dodon.* minus *Bauh.* erraticum aſperum echioides *Lob.* Echium *Fuchſii, Cam. In agris poſt collegium, aliisq; Majo.*

Bulbocaſtanum V. Cicuta.

Buphthalmum V. Chamæmelum.

Bupleurum latif. *Tab.* folio rigido *Bauh.* latif. alt. *Dod. Lob.* Elaphoboſcum *Gallor. In editiorib. circa* Peuſchelßberg frequens, it. *circa* Deiningen & viâ, quâ Herſprucco adſcenditir in Biechberg *Jul. & Aug.*

Bupleurum Hippocr. Plin. V. Valeriana.

Burſa paſtoris *Matth. Lob. alior. & Offic.* major *Tab.* fol. ſinuato *Bauh.* quæ tamen aliquando integra & plana ſunt. *Ubiq; poſt Collegium m. Apr. & ſeqq.*

Burſa paſtoris minor *Tab.* media *Bauh. Ad ſepes hortor. Apr. & Majo.*

Burſa paſtoris coronopi fol. *Jungerm.* minor foliis inciſis *Bauh. & Thal.* minima *Lob.* Criſpula *Officin. quarund.* Herba cancri & ſtellæ *Ruellii, m. Apr. in ſiccis circa offic. lateritiam, & locis ſterilioribus* uff der Blößen beym Schießmantel.

Burſæ paſtoris ſimilis ſiliquoſa minor *Bauh.* piloſella ſiliquata minor *Thal. & Cam.* Paronychia myagrifolia *Jungermann. In arvis quibusdam circa* Rötenbach. *Apr.*

Burſa paſtoris loculo oblongo minor *Bauh.* piloſella ſiliq. minima *Cam.* paronychia vulg. *Dod.* alſinefolia *Lob.* foliis integris, rariſſimè laciniatis. *In aſperis clivis m. Apr. & ſeq.*

CAlamintha vulgaris *Offic. & Matth.* montana vulg. *Lob. In Mauritiano & circa* Rupertſtein poſt Hohenſtein *m. Aug.*

Calamentha arvenſis verticillata *Bauh.* Menthaſtrum *Brunſ.* Mentha alba & pulegium agreſte *Officin* Nepeta agreſtis *Tragi*, Calam. aq. *Matth.* arvenſis *Tabern. In arvis humidioribus verſus* Lenzenberg / *m. Jul. & Aug.*

Calceolus Mariæ V. Helleborine.

Caltha paluſtris *Dodon. Lob. Geſn.* vulg. *Cluſ.* fl. ſimpl. *Bauh.* Populago *Tab.* Tuſſilago alt. *Matth.* Amellus Virgilii putatus *Thal.* Major mas habetur fl. croceo, minor fœmina fl. pallido. Utraque *Thora paluſtris*, quam bruta abhorrent, & ob flores nondum apertos *Capparis adulterina* dici meretur *m. Apr. & Majo paſſim in alnetis.*

Campanula perſicifol. *Lob. Cluſ.* anguſtifol. *Tab. Bauh.* fl. cœrul. Rapunculus perſicifolius magno flore *Bauh.* campanulatus neriifolius *I. Thal. Jun.* im Lenzenberg.

Campanula minor rotundifol. *Lob.* vulgaris *Bauh.* ſylveſtris minima *Dod.* Rapunculus Campanulatus linifolius ſive *VII. Thal.* Rap. ſylveſtris minor *Tab.* fl. cœruleis, nonnunquam lacteis. *In locis aridis & ſterilibus* uff der Blößen bey der Hohen Marter *Jun. & ſeq.*

Campanula linifolia cœrulea alpina *Bauh.* ſive IV. *in Prodr. m. Jul. ad ſaxa* Im Eyßmannßberg.

Campanula vulgatior foliis urticæ ſive major & aſperior, *Bauh.* Cervicaria major *Dodon. Tab.* maxima *Thal.* Trachelium *Lob.* Uvularia major *Tragi* flore ſub cœruleo. *Ad ſepes & ſylvarum margines. m. Jun.* inque apricis ſoli meridiano expoſitis, quà itur zum Kühlenbrünlein / florem ex foliolis incriſpatis monſtroſum ſæpè offert.

Campanula pratenſis flore conglomerato *Bauh.* Uvularia exigua *Tragi*, Trachelium minus *Lob. Cluſ.* cervicaria minor *Dod. Thal. Tab. In pratis editioribus* am Pfaffenthal / verſus occaſum ſolis *Majo.* An eadem cum hâc quæ floribus ſingularibus per caules ſparſis, *in aſperis circà* Lauterhoffen *m. Jul* tàm frequens, ut Trachelium petræum dici poſſit?

Cannabina V. Eupatorium & Lamium.

Cannabis *Matth. Lob. Tabern. & Offic.* mas ſive non florens ac fœcunda *Dod* ſativa *Cordi, Bauh.* Hanff *ſeritur & viget Auguſt.*

Cannabis erratica *Bauh.* ſterilis *Dod. Cam.* fœmina *Tragi*, Fimmeln vulgò ſativæ vitium eſſe creditur & floret *Jul. Aug.*

Can-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-9091-p0028-6 DFG

Cannabis ſylveſt. V. Lamium.
Cardamine V. Naſturtium.
Carduus *Lob.* fullonum ſativus *Tragi*, Labrũ veneris *Matth.* Dipſacus ſativus *Dodon. Bauh.* flore albo *m. Jul.* Colitur *circà* Kleinreuth *propè Norimberg.*
Carduus fullonum *Brunf.* erraticus *Tragi*, Dipſacus *Tab.* ſylveſtr. *Dodon. Bauh. Cordi*, *Thal.* Labrum veneris alterum *Matth.* flore purpureo *Cæſ.* rariùs fl. albo. *m. Jul. in aggeribus poſt collegium.*
Cardui fullonum III. genus *Tragi*, virga paſtoris *Matth. Lob Cam.* Dipſacus III. *Dodon.* ſylveſtris capitulo minore *Bauh. m. Aug. in pago* Raſch *propè templum.*
Carduus pratenſis *Tragi & Lob.* latifolius *Bauh.* Braſſica pratenſis *Lon.* Limonia Theophr. *Geſn.* Eriſithales Plinii *quorundam.* *In pratis udis paſſim Jul.* & *Aug.*
Carduus paluſtris *Bauh. in Prodr.* ſive V. elatior pratorum uliginoſorum *Jungerm. m. Aug. In pratis* hinterm Schießanger.
Carduus ſpinoſiſſimus vulgaris anguſtifolius *Bauh.* & Polyacanthos Theophr. *Lob. Tab. Lugd.* ſylveſtris III. *Dod. ſecus vias poſt Collegium* fl. purpureis, nonnunquam niveis *m. Jun.*
Carduus lanceolatus *Tab.* lanceatus latifol. *Bauh. Paſſim juxta vias* fl. rubro, haud rarò circà Birnthann & Unterheydelbach flore albo, it. beym Ammerbach fl. incarnato. *m. Jul. & Aug.*
Carduus ſylveſtris *Cæſalp.* Acanthium *Matth. Lob. & Dod.* vulgare flor. purp. *Tab.* ſpina alba ſylveſtr. *Fuchſ. III. Tragi*, tomentoſa latifol. ſylveſtr. *Bauh.* Onopordon Athenæi *Anguill. In ſiccioribus incultis circà oppidum & Neoforum frequens*; *copioſiſſ. ante portam B. Virginis Norimberg.* fol. tomentoſis fl. purpur. rariùs albis, *Jul. & ſeq.*
Carduus avenaceus *Tragi*, *Thal.* arvenſis *Tab.* in avena proveniens *Bauh.* floribus roſeis moſchatis. *In ſegetibus Julio.*
Carduus ſylveſtris I. *Dod.* aſininus *Geſn.* ſpinoſiſſimus latifolius ſphærocephalus vulg. *Bauh.* fl. nutante purpureo. *In arvis poſt* Sultzbürg *& circà offic. lateritiam noſtram* fl. albo ſed rariùs *m. Julio.*
Carduus eriocephalus *Dod.* Corona fratrum *Lob.* capite rotundo tomentoſo *Bauh. Circà* Lauterhoffen & beym Klingenhoff *m. Jul. & Aug.*
Carduus Mariæ *Cam. & Offic.* lacteus *Matth.* levcographus *Dod.* Marianus *Cordi*, *Tab.* albis maculis notatus *Bauh.* Wehdiſtel. *Ad ſepes hortorum quorundam m. Jun.*

Car-

Carlina ἄκαυλ☉. *Cam.* humilis *Dod.* magno flore *Bauh.* Chamæleon albus *Matth. Lob. Cluſ.* & *Tabern.* Carlina & Cardopatium *Officin.* Eberwurtz id eſt, radix apri *Brunſ. Copioſiſſima in acclivibus verſus* Eyſſmannſſberg / *item circà* Stöckelsberg & *poſt* Heimburg / flore albo, haud rarò purpuraſcente *m. Aug.* & *Sept.*

Carlina cauleſcens magno flore *Bauh.* Leucacantha *Dod.* major elatior *Cluſ.* Chamæleon albus caule donatus *Lob.* flore ſplendente. *Circa* Lauterhoffen & am Delleberg *poſt* Bockenhoff. *Eod.*

Carlina ſylv. *Dod.* vulgaris *Cluſ.* Onopyxos *Guiland.* & Carduus vulgatiſſimus viarum *Lob.* Carduus vulg. *Matth. Lugd.* Scolymus ſylv. *Cam. ep.* Heracantha *Tab.* Cnicus ſylv. ſpinoſior *Bauh.* vulgò in Palatinatu & Auſtriâ amuletum ardoris ſtomachi creditur & Sodkraut dicitur. Cujus quædam varietas eſt. *In ſiccioribus enim* uff der Blößen / & circa Schleiffmühl pumila eſt Carlina ſylv. minor *Cluſ.* credita *Jungermanno. In ſummitate* verò deß Heydenberges procerior & ramoſior occurrit, ut

Carlina ſylveſtris vulgaris, *Dod.* & *Cluſ.* major, Cnicus ſylv. ſpinoſior polycephalos ſive VI. *Bauh.* haberi poſſit; haud rarò etiam ex florum cohæſu monſtroſa, ut

Carlina ſylveſtris major monſtroſa, Carduus monſtroſus figura Cornucopiæ Imperati, *Bauh.* cenſeri poſſit. *m. Aug.* & *Sept.*

Carpinus VI. Betulus.

Carum ſive Carvi *Officin.* Carum *Matth. Dodon. Lob.* & *al.* Cuminum pratenſe *Bauh.* Wieſenkümmel / καρναβάδιον Sim. Sethi, *In omnibus herboſis m. Apr.* & *ſeq.*

Caryophyllata *Matth. Tab.* & *Offic.* vulgaris *Bauh. Lob. Camer.* Herba benedicta *Brunſ.* Geum Plin. *Geſn. Ad ſepes vivas* & *loca habitabilia paſſim* fl. aureis, ſæpè herbaceis roſeis monſtroſis. *m. Majo* & *ſeqq.*

Caryophyllata trifolia major, An montana vulgari ſimilis *Cam.* ſive vulgaris majori flore *Bauh. In umbroſis* deß Schlipffelberges / quâ ex Mühlhauſen adſcenditur. *Eod.*

Caryophyllata aquatica *Camer. ep.* nutante flore *Bauh.* ſeptentrionalium rotundifolia papposo flore *Lob.* paluſtris *Tab.* Geum rivale *Geſn. Ad rivulos pratorum paſſim. Apr.*

Caryophyllata aquatica altera *Bauh.* montana *III. Cluſ.* fl. multiplici. *In pratis poſt Mauritianum nonnunquam Maji initio.*

Caryo-

Caryophyllus ſylv. vulgaris latifol. *Bauh.* montanus I. *Tab.* Armeria ſive Caryophyllus minor ſylveſtr. minus odorus fol. latioribus *Lob.* flore ruffeſcente, ſæpè guttato. *In aridis Sylvis paſſim Junio & Jul.*

Caryophyllus ſylv. vulg. anguſtifol. *Bauh.* montanus albus *Tab.* fl. niveo *In arenoſis* deß Spohnberges *m. Jul. & Aug.*

Caryophyllus ſylv. barbatus *Bauh.* Viola barbata anguſtifol. *Lugd.* Armeria ſylv. alt. calyculo foliis faſtigiatis cincto *Lob. icon.* Im Heydenberg *Jun. & Jul.*

Caryophyllus ſaxifragus ſtrigoſior ſive ſylv. fl. minimo *Bauh.* Saxifraga antiquor. *Lob. In Saxoſis circa* Uzenhoffen / *m. Julio.*

Caryophyllus ſaxatilis fol. gramineis umbellatis corymbis *Bauh.* Symphytum petræum ſive Gypſophytum majus *Thal. In iisdem Eod.*

Caryophyllus minimus muralis *Bauh.* Tunica minima *Lugd.* flor. quinquefol. incarn. *m. Aug. In Sabuletis poſt* Birnthann & Fiſchbach / *juxta viam publicam & verſus* Rieden.

